FRANCKESCHE STIFTUNGEN

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Gottfried Vockerodt.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 30.01.1721

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-8716

Visual Library

30/I 1721 T6. 1721. 25/I. 10. 14 A 175 X²
30/I. 10.
36
A175

Vir Ampliſſime,

Amice ac Frater in Chriſto perdilecte,

Correptus febre Bartholomæus Hey, Warzenſis, theologiæ ſtudioſus, IAN. XXV ex hac vita diſceſſit. Sub initium morbi, ſuopte inſtinctu, ſcriptis codicillis de patrimonio ſuo, ſuam teſtatus voluntatem. Quod ibi notauerat porro morti vicinus, ſuis verbis perſcribendum Reitero commilitoni dictauit, adſcriptoque huius et ſuo nomine, obſignatos codicillos, in quibus Glauchenſe Orphanotropheum, in quo per biennium, et quod excurrit, conuictor fuerat, hæredem ſcripſit, ſuos donauit legatis, ſe mortuo ad me iuſſit deferre. Cum vero ignarus iuris eſſet, legitimas ceremonias omiſit: quod rem difficultatibus implicare non poterit, quia de voluntate teſtatoris ſatis conſtat, omnibus, qui ægroto adfuerunt, id vno ore affirmantibus: id quod ſatis eſſe creditur ad impetrandum legibus con-

ceſſum

ceſſum fāvorem, quo pio vſui deſtinata
excipi ſolent. Quæſo igitur, cum pruden-
te ICto hac de re, quam temere reiicere non
poſſum, communices, vt eam ex mandato
agat, animum primo periclitans cogna-
torum, eosque amice compellans, nulla
lite ſuſcepta. Pro opera, quam ille in
hoc negotio conferet, iuſtum præmium
ſoluam. Cæterum pecunia, quam para-
tam beatus habuit, in funus impenſa
fuit: ſupellex eius interea cuſtodietur.
Vale.

Halæ IAN. XXX 30. I

CIƆIƆCCXXI. 1721.